pretatione *R. Salomonis.* Sunt qui conferunt cum כיון quod *virtutem Rabbinis* ſignificat, *largientem rei exiſtentiam*, eoque referunt *Amos V.* comma *26.* quod exponunt: *tuliſtis baſin vel ſuſtentaculum idolorum veſtrorum.* contra expreſſam allegationem πραξαποςόλȣ ſive *Actuum Apoſtolicorum* VII. 43. ubi mentio fit *idoli* Ρεμφάν. Sanè diu multumque hactenus diſceptatum fuit, quomodo *Græcis* cum *Ebræo* conveniat. Plerique ex analogia כיון & ריון diſſidium, apparens ſaltem, ortum opinantur *Voſſius, Seldenus, Druſius, L. Cappellus*, plures alii. Res foret expeditior, ſi fides accommodanda eſſet *Calendario Ægyptiaco*, quod *Romæ* luci publicæ donavit *Athanaſius Kirchnerus*, ubi Saturnus ΡΕΦΑΝ appellatur, qui alias dialectô *Turc-Arabica* כיואן dicitur, teſte *AbenEſra.* Ita verò ſimillimum videtur *Ludovico de Dieu*, verſionem *Græcam* ſtudio voculam retinuiſſe *Ægyptiis* familiarem. quod nec *Seldeno* diſplicet. Sequitur: וְלֶאֱלוֹהַּ אֲשֶׁר לֹא־יְדָעֻהוּ אֲבֹתָיו יְכַבֵּד: Nempe Deum quem majores ejus ignorarunt, colet בְּזָהָב וּבְכֶסֶף וּבְאֶבֶן יְקָרָה וּבַחֲמֻדוֹת׃ *auro, argento, gemmis & oculiferiis. Junius & S. ab Amama* eandem ingrediuntur viam; *in ſyn plaetſe ſal hy eeren, ſal hy eeren, ſegge ick. Belgæ: namelyck den Godt. Welcken ſyne vaders niet ghekent en hebben.* Conſtat alias, אֱלֹהַּ *cultum divinum* & cum appoſito אַחֵר *ſuperſtitioſum. c. I. Ruth v. 15. 16. Exod XX. 3.* ſignificare. Utrôque verò modô idololatria committitur, & cum objectum colitionis falſum eſt, & cum verum colitur falsô modô, ut cum Deus adoratur in Imagine. vel colitur aurô, argentô, ex ſuperſtitione pagana, quam ſalsè jam olim riſit *Poëta:*

Grafer, Coccejus, alii.

ll. cc. Dr. Cōmentar. ad voces N. T. & in præteritis.

L. Capp. in Notis adverſionem, ut creditur, LXX. Interpretum. K. prodromi c. 5. Dieu h. l.

S. de jure Nat. ac Gēt. ad leges Ebræorum l 3 c. 22. p. 443.

Dicite Pontifices, in ſancto quid facit aurum?
nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.
quin damus id ſuperis - - -
Compoſitum jus, faſq; animi, ſanctosq; receſſus
mentis & incoctum generoſó pectus honeſtô.

Perſius ſat. 2.

§. 28. v. XXXIX. *Succeſſum* cōtinet *præordinatū:* וְעָשָׂה לְמִבְצְרֵי מָעֻזִּים עִם־אֱלוֹהַּ נֵכָר׃ *Atq; in fortalitiis*